

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iactancia g
cum fonte primo

Nichil est quod
magis diminuat laudis preconium quam
suos assidue iactitare successus et
singulis diebus anni uendere diem unum.
Legitur de Mario quod cum plurima
fecisset egregie, una sui iactitatione
gloriam fame perdidit; et quia sibi
presumpsit ascribere quod ex ore
alieno captare debuerat, publice
commendationis uota demeruit.

Valerius Maximus in libro suo.

Nihil enim est, quod
magis laudis imminuat pretium, quam
suos assidue jactitare successus, et
singulis diebus anni vendere diem unum.
Legitur de Mario, quod cum plurima
fecisset egregie, una sui jactitatione
gloriam famae perdidit; et quia sibi
praesumpsit ascribere, quod ex ore
alieno captare debuerat, publicae
commendationis vota demeruit.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 94 (PL 207,
col.297A-B).